

TRIBUNAL  
**CONFESSARIORUM**  
ET  
**ORDINANDORUM**  
Casibus Illustratum, & Auctum.

TRIBUNAL  
CONFESSARIORUM  
ET ORDINANDORUM  
R. P. MARTINI WIGANDT

Ordinis Prædic. SS. Theologiæ Magistri, ejusdemque in celeberrima & antiquissima Universitate Viennensi Doctoris, ac quondam studii Generalis in Conventu Primi Moderatoris.

*Complectens Materias*

THEOLOGICO-MORALES

Juxta probabiliora ac inconcussa Dogmata Angelici, ac Quinti Ecclesiæ Doctoris D. THOMÆ AQUINATIS ejusque invictissimæ Scholæ.

N U N C P R I M U M  
COMPLURIBUS MISCELLANEIS CASIBUS  
Desumptis ex gravioribus Auctoriibus

A U C T U M , & I L L U S T R A T U M ;  
Adjunctis utrobique dubitandi, & resolvendi Rationibus.

C U M GEMINO TRACTATU PROPOSITIONUM  
damnatarum, & Bullæ Cruciatæ R. P. FRANCISCI VIDAL  
Sacrae Theologiæ Lectoris ejusdem Ordinis.



PISAURI, MDCCXLVIII.

Prostant

V E N E T I I S

Apud Nicolaum Pezzana.

# SANCTO SANCTORUM, SACERDOTI IN ÆTERNUM, VERBO INCARNATO,

*Se & Verba sua Auctor consecrat.*



ANCTE Sanctorum, Sacerdos Æterne, Judex Supreme,  
**VERBUM CARO FACTUM!** benignis auribus per-  
cipe verba mea, quibus Sacerdotum Tuorum TRIBU-  
NAL ex sua infinitate inaccessibili adrepit, seque humil-  
limè substernit **MAJESTATIS TUÆ** Solio. Felicita-  
tem etenim quærit in suo principio & centro. Redit ad  
fontem, unde exivit. Ex alieno liberalis; quod Tuum est, **TIBI**  
tribuo. Verba quæ & quot amplectitur, Tua sunt, qui es Dux  
omnis Verbi. Doctrina mea, quæ in eis est, non est mea, sed est  
illius VERBI, quod è Crucis pulpito paucis verbis: *Bene scripsisti de Me, Thoma, omnia Thoma Aquinatis verba censuravit, approbavit, justificavit.* Tu *Verbum Patris* es, Thomas (Adverbium Filii) *bene tuum eructat Verbum bonum.* Verba Thomæ à VERBO Patris pro-  
bata sunt, testimonio indefinito, ideoque universali. Ergo abique  
omni prorsus errore scripsit qui censuratur, dum nec fallere nec  
falli potest qui censurat, & probat. Quidni proin TRIBUNALIS  
hujus verba, infinitis Titulis Verbo Patris debita, singulari sacrarem  
**TIBI** submissione? Judicium namque est mundi, eapropter ad Su-  
premium appellat Judicem. TRIBUNAL Confessariorum est, Tu  
ligandi atque solvendi potestatem dedisti: aperis & nemo claudit,  
claudis & nemo aperit. Examen Ordinandorum est, Tu Summus es  
Sacerdos, cuius Sponsa Ecclesia est, sicut castrorum acies ordinata:  
Tuique Sacerdotii Character noster est participium. Tu **VERBUM**  
Divinum es, munus, quod offero, Divina sapit, quia Theologicum  
est. Tu **VERBUM** practicum es, portans omnia VERBO vir-  
tutis Tuæ, quo cœli firmati sunt: ideoque Theologicam practicam  
Tibi dedico. Tu brevitatem amas, **VERBUM** es abbreviatum,  
hinc Theologiam abbreviatam immensi quodammodo Theologici Mo-  
ralismi Synopsin **TIBI** consecro. Tibi, inquam, qui scientiarum  
Dominus es, cuius sapientiae non est numerus; qui Sapientia Tua  
attingis à fine usque ad finem fortiter, & disponis omnia suaviter  
in numero, pondere, & mensura. **TIBI**, qui scibilis Universi es  
**ALPHA & OMEGA:** Theologorum omnium Vox & Echo:  
Prophetarum inspirator: Apostolorum Magister: Evangelistarum  
Doctor: Doctorum vita. Doctores sine hoc VERBO sunt sicut  
corpus sine anima, in ipso vivimus, movemur & sumus. Hoc  
**VERBUM** Doctorum Sol & radius est, sine quo VERBO sunt sicut  
Cœlum sine Sole, sicut Sol sine radio. Hoc **VERBUM**  
Doctorum ignis, ardor & flamma est, sine quo VERBO sunt sicut  
ignis sine ardore, uti ardor sine flamma. Hoc **VERBUM** totius  
Theosophiae radix, medulla & succus est, sine quo VERBO Theo-  
logi sunt sicut arbor sine radice, radix sine medulla, sine succo.  
Tu, o **SUMME SACERDOS!** **VERBUM** es, quod Davi-  
dem



# TRACTATUS PRIMUS,

## E T

### P R O E M I A L I S.

#### De Requisitis in Confessario.



Ulla est disciplina vel ars, etiam illiberalis ac mechanica, cuius in Magistrum antequam quis creetur, non sit Candidatus habeundum Examen; vel opere ipso sive artefacto comprobandum, quod eos in arte fecerit progressus, ut Magistrorum Catalogo possit merito accenseri: Nam sunt plerique ( ait S. Greg. in Prolog. Pastor.) qui dum metiri se nesciunt quae non dicent, ducere concupiscunt: qui pondus Magisterii tanio levius estimant, quanto rem magnitudinis illius ignorant. Et his va! & vel maxime Va illis, qui se insciatique suam metiri nesciunt, cum qua animarum cura, muneri, angelicis etiam humeris formidando, se accingunt, sepe quo stupidiore, eo ad id promptiores: quas temporeali interdum magis, quam spirituali, inhiantes. Hinc non mirum, quod animarum Cura applicandi prius citentur ad Tribunal, rigide examinandi, an Magisterio digni, inque aliorum Doctores ac Judices sint creandi nec ne. Pro quorum eruditione sit

#### EXAMEN UNICUM.

##### De Examine, Potestate, Virtutibus, Scientia, Officio, & Obligatione Confessarii.

De quibus Angelicus Doctor agit partim in Supplemento 3. Parte, qu. 8. q. 18. q. 19. parvum extra summam in Opere, q. 64. q. 65. de Officio Sacerdotis q. 29. etatela in Confessione babegata, ac de modo confendi, expopfit.

**UERO I.** Ad Curam animarum aspirans tenetisne te prius sifere examini, in quo tenetis ac judiceris, an ad aratum & iurendum hoc officium sis aptus nec ne?

I. Respondeo. Tuissime & probulissime verbis Conc. Trid. Sess. 13. c. 15. Quoniam Presbyteri in sue ordinazione potestatis abhollandi & peccatis accipiant, ducent tamen sancta Synodus, nullum etiam Regulari, posse confessores secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochialis Beneficium, aut ab Episcopo per examen, si non illis videbatur, aut alias idoneus judicetur: Et approbationem, que gratis datur, obtemperat & priveditur & conscientie quacumque, etiam immunitate, non obstante.

Ex his Concil. Trid. verbis ad Quesitum Relpoedio sub distinctione: Si cui legitime est collatum beneficium curatum, seu habens annectam curam animarum, non indiget alio examen, approbatione, vel expositione: & sic sit in Parochiis; eo ipso enim, quod Episcopus taliter certuerit idoneam pro administratione officii Parochialis ( quod judicium etiam solet fieri per examen ) eam approbavit & expedit ad audiendas Parochiarum confessiones: nisi forte in ea Diocesi obstatet specialis Constitutio Synodalnis, ut scribitur esse in diocesi Constantiensi. Verum Religiosos, etiam exceptas, non Parochias, speciali examini se sifere tenet.

II. Sed quid, si Religiosus ad Curam animarum, h. Tribunal Confess.

ve ad confessianum audientiam aspiratis, sit Superior seu Prelatus alicujus Monasterii vel Provincie, si Lectorianus vel Doctor Theologie, si Publicus Professor, nonne ex ipso est liber ab examine?

Dico. Non est, si Parochiali beneficio carcat.

Ratio. Quia Conc. Trid. universaliter definit, nullus Sacerdos, nisi Regularem, posse secularium, etiam Sacerdotum, confessores audire, nos. &c. Ubi autem Lex non distinguat, neque nos distinguere debemus, ut spuit Jura. Et licet tali viro non deficit scientia, forte ramea deei experientia & prudenter ad hoc coelestis forma necessaria: cuius proinde examen Episcopo committitur.

Estne ergo Episcopis examen illud semper liberum?

III. Agimus paxta quod revocando privilegia a scipio 1567. quod hoc concessa definitivit S. Pius V. anno 1571. octavo Idus Augusti in Bulla, quae incipit: Romani Pontificis prouidentia. In qua sic statuit: Hac nostra perpetua Const. decernimus & declaramus, decretum Conc. Trid. de Approbatione Regularium, audiendis confessoribus secularium praepositorum, observari debere etiam in omnibus Regularibus quoniamvis Ordinum, etiam Mendicantium, etiam siunt Lectores, aut in Theologia, etiam de Superiorum licetam licentia, graduati vel promoti, vel a suis Magistris Generalibus, vel Provincialibus Ministris, secularium Confessionibus audiendis excepti. Volumus tamen, eos, qui sentent ab Episcopo in Civitate & Diocesi sua pries o examinare approbari intant, ab eodem Episcopo iterum non examinari; ab Episcopo autem successore pro inajari conscientie fise quiete examinari denovo poterant. Haec ibi. De quibus redibit sermo infra in Tract. de Pardon. Circa Bullam Clementi X. quae incipit: Superior. Vide Tract. 13. n. 86. & seqq.

IV. Sed nouus Episcopus, ejusque Vicarius hoc examen Religiosis, gradiatis, ac promotis, potest remittere.

Dico. Potest remittere omnibus, de quorum insufficiencia & idoneitate si moraliter certum estimat, praeterim gradiatis, promotis, ordinatis Professoribus.

Ratio. Quia discrecio ( quae est mater virtutum ) honestas & aequitas postulat, ut non examinentur tales.

A qui